rōne pene aut verecūdie. ſed reſpcū dei offenſe Et ſi non perci/
piant coronam martitij tamen ſaluantur Si autem dolent ꝓp
ter ſuppliciuꝫ impatientes vel incontriti. vix ſperandum eſt de
eis Aut ex intenſa cupiditate/quo ad illos q̄ occidūtur i bell' in
iuſtis ex auaricia. vt oreb/zeb/zebee. ⁊ ſalmana ⁊c qui dixerunt
hereditate poſſideam⁹ ſcūarium dei. pſ. lxxxij. vel ꝓ recupan/
da terra ſcā/⁊ ad hoc etiam ptinet mors quam incurrūt munda
ni violenta a latromb⁹ vel alijs. Aut ex immenſa cecitate ſciꝫ in
infidelibus. De hoꝝ numero erant ꝓphete baal/qui coram he/
lya incidebāt carnes ſuas lanceol' in honorem baal. iij. R. xviij.
Aut poſtremo ex infuſa charitate. Ad hebreos xj°. In occiſio
ne gladij mortui ſūt. vt yſaias/jheremias. ⁊ alij innumeri in no/
uo teſtamento/hoc ducit ad celuꝫ. Aug⁹ de cypriano martyre.
Ab inferiori accipit ſn̄iam/a ſupiori coronam. Quia igit̄ inno
teſcit cui violente homo ſubijciet̄ morti/ne igit̄ improuiſus re/
periatur/diſponat domui ſue qꝛ moriet̄ ⁊ non viuet.

¶ Cella triceſimaprima.

Triceſimāprimā cellam ingreſſus diſcipul⁹ vi
dit jn ipſius primo latere qualit̄ aliqui deuoti
aſſiſtebāt infirmo iacenti in lecto egritudinis
In ij° exhortando amici fideliſſimi infirmū
eūdem interrogabāt de diuerſis In iij. quaſ/
dam obſeruaciones ⁊ ſolemnitates circa eun/
dem continuabāt. In quarto. idem infirm⁹ orōnes fundebat.
⁊ vbi eius vis deficiebat ab amicis auxiliabat̄. ¶ Remedijs ꝯ
tra mortem ſubitaneam qualicūqꝫ modo veloci calamo pactis/
jam de remedijs concernentib⁹ mortem naturalem reſtat decla
rare. ¶ Primum latus ¶ Ideo circa huius celle pri^m
latus notandum ꝙ aliqui deuoti cuidam infirmo aſſiſtebant/ꝗ
uis enim laudabiliter quis conuerſetur a iuuentute inter bonos
tempe ꝓſperitatis/tamen vtiliſſimū eſt habere bonos aſſiſten/
tes tempe mortis. ſ. maxime neccitatis Cum ſanctis quidem cō
uerſando ſancti efficimur. juxta pſ. teſtimoniuꝫ. ⁊ Ambroſij i
quodam ſermone. Socios tibi bonos cōiunge. quia ſi fueris ſo

cius conuerſationis eris ⁊ virtutis ꝓuer. xiij. Qui cū ſapienti/
bus graditur ſapiens erit. Malus ſocietati bonoꝝ inuolut⁹ ali-
qn̄ado ꝓpter bonos adeo ꝑcitur. vt habet̄ de ʒodoma ⁊ gomor
ra. Tamen in mortis hora bonis circūdati ſecuriores efficimur
⁊ dyaboli ptās tunc maxime ꝑeminens facilius premit̄. Unde
refert grego. iiij. dyalogoꝝ de quodam neq̄ in clauſtro. qui in a
gone ꝯſtitut⁹ maximū draconem ꝯſpexit ipm̄ cupientem ꝺgluti
re dicens fratrib⁹/fugite fugite ne vos vna mecū pereatis Qui
tandem precib⁹ religioſoꝝ liberat⁹ eſt/vt āte in hoc opuſculo pa
tuit. Nonne omnes apl'i vt fert̄ euolationi glorioſiſſime v̄ginis
marie interfuerūt: Et ſi obijciat̄ de beato auguſtino qui omēs
excludi fecit preter medicum ⁊ cibi latorem. Rn̄r q̄ dato auguſ
tino erit quilȝ content⁹/vel dicendū q̄ hoc fecit vt perfectus tan
q̄ melius volens occupari ꝯtemplatione ⁊ q̄uis per aliquos di
es hoc fecerit tamen coram fr̄ibus exalauit. vt habetur in ei⁹ of/
ficio. Ad infirmoꝝ aſſiſtentiam nos admonet

Scilȝ — Scripture veritas / Membroꝝ vnitas / Uirtutis integritas

Quo ad p̄mū ȝ eccl'aſ. xvj°: Non te pigeat viſitare infir
mos. ⁊ luce x° Samaritan⁹
mandauit ſtabulario curam habere hōis leſi vulneratiq̄ȝ. Un̄
ſpoſpondit ei premium laboris ¶ De ſecūdo q2 xp̄s caput noſ/
trū/noſq̄ȝ ipſi⁹ membra/⁊ ſicut vnū ȝ membꝝ imperfectū corpo
ri alteri compatit̄/ſic ⁊ nos eadem rōne cōpati obligamur De
tercio virt⁹ grē ⁊ charitatis augetur. eſt enim op⁹ miſcdie. ⁊ mi/
ſericordes iuxta magiſtri veritatis ſn̄iam miſcdiam conſequen/
tur. vt mathei iiij. ⁊ eccl'aſ. vij. Non te pigeat viſitare infirmos
Ex hoc enim in dilectione firmaberis/⁊ v̄tutis integritas in p̄/
mij conſecutione cōſiderari pōt. ait enim iudex noſter affutu/
rus. Infirmus eram ⁊ viſitaſti me. ⁊c. Uenite ergo benedicti
patris mei ꝑcipite regnū vobis paratum ab origine mūdi: mat
xxv. Hec igitur viſitatio potiſſima eſt inter opa miſcdie corpalia
etiam ſpūalia opa. ſcilȝ In eruditione/auiſatione/ſingulisȝ exer
citijs adimplet circa infirmū Viſitanſȝ debiles tales in omnibȝ
laborat. membris/ocul' videndo horribilia/aurib⁹ audiendo la
menta ſuſpiriaq̄ȝ doloroſa. naſo ſentiendo fetorem. lingua infor

mando ⁊ erudiendo. manib⁹ ⁊ pedibus adminiſtrandó ⁊ labo
rando. Exemplum docet. Qualit̃ duo frẽs duo diuerſa exer-
cuerunt opa. vnus ſeipſum caſtigationibus infeſtando/ alter e-
gris aſſiſtendo. Cumq; queſitum fuiſſet a quodã patre religio/
ſo quis meliora feciſſet opa/ ⁊ plus haberet meriti. Reſpondit
ꝙ viſitans infirmos alium multa conſecutione premij excede-
ret. Igitur hora tante neceſſitatis ⁊ periculoſitatis inſtãte de-
bet vnuſquiſq; fidelis caritatem ſuam ad ꝓximũ migraturũ tã
to feruentius habundantiuſq; miniſtrare. quantum tũc maior
eſt indigentia et preſertim omnis prelatus/ aut eius vicari⁹/ ad
ſibi commiſſos/ ne ex negligentia ſua ouis ſibi credita ab infer-
nalibus lupis crudeliſſimiſq; predonibus ac ꝑcaciſſimis fallaciſ
ſimiſq; hoſtibus deuoretur. decipiatur/ ac omnium creatori ſalua
toriq; animarum eternalit̃ auferatur Paſtor ergo vt cuſtos ⁊
medicus animaꝝ precipue curet adeſſe migraturo dummodo
poteſt/ pro quo rationem redditurus eſt. Et ſi non commode
poteſt/ cum ſumma diligentia diſponat. vt deuote religioſeq; ꝑ
ſone aſſiſtant. Hec vero neceſſitas fideliſſimum ꝓbat amicum. dũ
modo ouis ſalus pluſꝙ ouis vellus petitur. Felix ergo ille qui
libenter deuoteq; tali neceſſitati aſſiſtit.

¶ Secũdum latus.

¶ Circa ſecundũ latus notandũ ꝙ aſſiſtentes hortabuntur in/
firmũ juxta Cancellarium ⁊ alios dicentes per talia verba vel
equipollentia/ Amice chariſſime conſidera nos omnes ſubiec-
tos eſſe omnipotẽti manu dei ⁊ eius volũtati. cũctos reges ꝑn-
cipeſq; neceſſario mori In mũdo eni more tranſeũtium venim⁹ ⁊ pe
regrinoꝝ/ non vt maneam⁹/ ſed benefaciendo jhehennã vitem⁹
⁊ celi patriam acquiramus. Recognoſce diligenter cum grãrũ
actione a deo tibi conceſſa beneficia ꝙ tibi in hac hora extrema
ſui cognitionem tradidit. et mori inter xpriſtianos conceſſit.
Nec te morte ſubitanea ꝑoccupauit. ⁊ ꝓ alijs bñficijs infinitis
creatione/ recreatõe/ ⁊ gubernatõe ſimilibuſq; grãs age. ⁊ ad infi-
nitam miãm dei confuge pro criminibus tuis veniam poſcens.
ſollicite agnoſce te multa delicta commiſiſſe. pro quibus etiam

penam magnam ferre deberes: Ideo mortis dolores patient̄
accipe. deum rogans vt recipiat eos ꝓ pccōꝝ debitis penis. A⸗
lias pena mortis ꝑ impatientiam tibi dānatio erit hic in penam
⁊ in futuro ꝓ omnib⁹. In hac hora meditare ſalutem tuā/ qꝛ nū
ꝗ̄ fortaſſis in futurū ad hoc erit oportunitas. Relinque temꝑa
lia que te non liberabūt ab inferis. te plena fide committe deo/
qui eſt omnipotentiſſimus ſapientiſſim⁹ ⁊ miſericordiſſim⁹/ et
aſtantes roga. vt ꝓ te deum orent. talia ſimiliaqꝫ v̄ba ꝓferent i
firmo. ⁊ de neccārijs exhortent̄ infirmū/ ꝗ̄ diu capax eſſe videbi
t̄. ſpeāliter vero admoneat̄ vt nulle dyabolice ſuggeſtioni/ nulli
mortifere temptationi p̄ſtet conſenſum. ymmo ōnib⁹ illis virili⁊
ter reluctetur ꝑ paſſionem dn̄i noſtri ihesu xp̄i. cuius meditatō
temptationes dyabolicas pellit: Tren. Dabis eis ſcutuꝫ labo
rem tuuꝫ. ſ. paſſionis ad defendēdū ſe contra tela inimici temp⁊
tationū. Ad hebre. xij. Recogitate dn̄m ihesum qualem ſuſti⁊
nuit aduerſus ſemetipſum contradcōem. vt non fatigemini ani
mis veſtris deficientes. Figura fuit qn̄ ad aſpectum ſerpentis
enei in palo erecti homines aſpicientes ſaluabantur a morſib⁹ ſ
pentū. i. demonū. ſic p̄ſeruāt̄ ne occidant̄ hōies aſpiciendo ad
crucifixum mente/ figuratur in ſerpente eneo. Numeri xxj. Jō
qꝫ ꝓuidendū eſt vt ſancta crux tūc ante morientis oculos collo
cetur. ⁊ aqua bn̄dcā ſuper eū ⁊ vndiqꝫ circa lectulū eius aſꝑga⁊
tur. ¶ Prouidendū eſt vt aliquis tūc paſſionem xp̄i legat ſi tē
pus affuerit/ ⁊ ſymbolū fidei alta voce. ſed et ſeptem pſ̄i cū leta
nijs. cum ingenti deuotione legendi ſunt. ¶ Circa vero inter⁊
rogatoria egris ꝓponenda ſpūalibus ſecularibus ve perſonis/
Ancelmus. Cancellari⁹ piſien̄. Nyd. in diſpoſito ſuo moriendi
⁊ alij ſatis conſcribūt. et breuiter a migraturo querat̄. Tu cre⁊
dis quicquid ſacra ſcriptura ⁊ ſcā mat̄ eccleſia docuit eſſe credē
dum: Quo rn̄dente ꝙ ymmo. Querat̄. tu doles ꝙ dominum
deum tuū vnꝗ̄ offendiſti/ ⁊ velles ꝙ magis inde doleres: ex ve⁊
ra charitate ⁊ zelo iuſticie/ non ex ſolo ſeruili timore: Quo rn̄⁊
dente ꝙ ymmo. Querat̄ tu petis tibi de omnib⁹ peccatis tuis
ab infinita dei miſcōia miſericordiſſime indulgeri: Quo rn̄dē
te ꝙ ymmo. Querat̄ tu habes ꝓpoſitū integrū nūꝗ̄ peccādi ō

ceteroꝝ ⁊ ſeruiendi deo ꝑpetue ſi ꝯtigerit te ſanari. Quo rn̄dē-
te ꝙ ymmo. Addatur/tu in hac hora recommēdas aiām tuam
ſuo benigniſſimo ac fideliſſiō creatori/⁊ nunq̄ꝫ vis ſeꝑari ab eo.
⁊ merito paſſiōis dn̄i nr̄i iheſu chriſti optas ſaluari. ⁊ que a glo
rioſiſſima v̄gine maria/⁊ a ſcō āgelo tuo/ ⁊ ab omnib⁹ ſanctis di
poſtolas in hoc tempore ⁊ ab omni hac tua nccitate iuuari. ⁊ in
oīm hoꝝ de quibus te interrogaui affectione ac fide cupis ſeꝑa
ria corꝑe: ac ſummo iudici p̄ntari. Quo rn̄dente ymmo Per
ſona interrogans dicat. Et ego tibi ⁊ omēs qui aſſum⁹ commē/
dam⁹ te infinite miſcdie dei tui: vt ipſe te defendere ⁊ ſaluare di
gnetur/meritis dn̄i noſtri iheſu xp̄i. vt tibi ſuccurrant/⁊ tuū ſup
pleant impſcūm. ac p̄cibus genitricis beatiſſime xp̄ifere v̄ginis
marie: oīmq̄ꝫ ſcōꝝ ⁊ angeli tui/vt te circūdent/⁊ inceſſant̄ finali
terq̄ꝫ conſeruent. Preterea ſicut iam p̄tactum eſt breuit̄ de fidi
forma ammonitione/ſi temp⁹ congruū inſtaret/largius tamē eſt
fidei actua. ꝯſulenda/ſpei deniq̄ꝫ: necnon charitatis ⁊c. De fide
notandū ꝙ ſicut in p̄cedentib⁹ cellis tactum eſt ꝙ ꝓma dyaboli
caꝝ temptationū eſt fidei impugnatio. q2 hac ſublata deſperat
quis ⁊ charitatem ꝑdit. In huius fidei ſignū dat̄ morituro ac-
cenſa candela/ſicut ⁊ baptizando. Vnde dicit aug⁹. jn de viſi. iu
firmoꝝ ad nepotem ſuū. Fidelis eſto. ſine fide nemo pōt place
re deo. Sicut de deo multa credenda ad ſalutē aīe nccāria. mi-
rabile ergo illud de trinitatis vnitate/⁊ vnitatis deifica trinita/
te ſacrm̄. mag eſt credendū q̄ꝫ exponendū. Sunt alia de deo fi-
lio que ſunt nobis ꝓpinqua ⁊ contigua/⁊ ex ipſa ſui ꝓpinquita-
tate ⁊ ꝯtiguitate nobis familiaria. ⁊ ex ipſa familiaritate nobis
delectabilia. Delectabile quippe eſt iam ⁊ ſalutare morienti lo
qui ⁊ ſatiari de humanitate xp̄i. ⁊ ſentential'r ſubdit ꝙ qui ꝓpt̄
intellcūs noſtri infirmitatem intueri nō poſſum⁹/ad xp̄m hoīēꝫ
faciē anime ꝯuertere debem⁹. Ex. ezechie qui cōuertit faciem
ſuam ad parietem cū lacrimis vt eſt yſa. xxxviij Criſt⁹ enim pa
ries eſt ſcōm ꝙ hō/ꝑ quem deū videre poſſim⁹/hec ſpūalib⁹ po-
tius q̄ꝫ rudib⁹ ꝓponenda ſunt. ad firmiorē mentis delcātionem
circa fidei materiam/⁊ ſincerioris ꝓpoſiti ꝑſeuerātiā oſ̄ndendā

Quidam ꝓteſtationē faciunt corā ſacerdote/curato/capellanō
ſiue alijs conſulentibus Qualr̄ ipſi eo tp̄e rōne vtentes In fidē
q̄ ſup̄me fauente grā nihil heſitantes toto mentis affcū: ⁊ iā cō
fitentur ⁊ mori volunt in ea ſinceritate fidei. omnib⁹ friuol' deō/
nuꝫ curioſitatibus poſtpoſitis proteſtanť/ꝙ ſi aliqua alia imbe
cillitate ſupueniente ſiue demonuꝫ aſtucia ꝓcurante verba ſig/
na aut act⁹ quicūꝫ poſt illam horam in cōtrariuꝫ aduenerint. ꝙ
ex nunc vt tunc ⁊ ecō° renunciat omnib⁹ illis tanq̄ nephandis/⁊
p̄ter eius volūtatem ꝑpetratis/capientes hos vel illos in teſtes
vt eo ꝓpoſito perſeuerent. ne ſcādalū aliquod aſtātib⁹ inde ſuc
creſcat in poſteꝝ. De ſpe ſcꝫ conſecutionis eterne beatitudinis
obſeruatis p̄tactis ex toto corde/⁊ hoc ex dei miā ⁊ v̄tute paſſi
onis ihesu chriſti/de cuius miā non eſt declinandū q̄ magna in/
firm⁹ perpetrauit pccā/quia dei magna eſt mia/cū dicat pš°. mi/
ſerere mei deus ſcdm magnam miām tuam Magna eſt enīꝫ dī
miā/altitudine ſicut arbor ꝓcera diciť magna Profūditate/ſi
cut puteus profund⁹ diciť magn⁹/aut latitudine/ſicut platea la/
ta dr̄ magna. aut longitudine/ſicut via lōga dicitur magna. ⁊ eiſ
dem modis miā diciť magna. Eſt enim tam alta ꝙ celos aſcen
dit. ⁊ ſanctos ſuper merita remunerare facit. pš. Magnificata
eſt vſꝫ ad celos miā tua ⁊ tam ꝓfūda ꝙ vſꝫ ad infernuꝫ deſcēdit/
⁊ ſcōs patres inde eduxit. ſicut ⁊ ſepe te N. remittendo tibi in
vita/⁊ in hac hora mediante tua vera ꝯtritione ⁊ confeſſioē pccā
mortalia/quib⁹ eternaliter cruciatuꝫ meruiſti Unde ei ex toto
corde grās ages. ⁊ tam lata ꝙ per totum mūdū ſe expandit. pš.
Miſcdia dn̄i plena eſt terra. Et taꝫ longa ꝙ ab eterno incepit
⁊ vſqꝫ in eternū durabit pš Miſcdia dn̄i ab eterno ⁊ vſꝫ in eter
nuꝫ. Hec inſup miā dei magna ē extenſiue ex p̄te ſubiecti chriſ
ti qui eſt miā patris. in quo vt frē noſtro omnes thezauri ſapien
tie ⁊ miſdie dei ſunt. Apparuit enim grā ⁊ benignitas. Ad tyť
3°. Ideo dicit aug⁹ in de viſi. infirmoꝝ ad nepotem ſuum. ꝙ tu/
um eſt aggredere ſecurius ſcit compati tuis infirmitatibus qui
factus eſt infirmitatis tue ꝯſoci⁹: Prerogatiuam nrē carnis in
celos erexit ſuperius. quia exaltatus eſt ſuper celos homo de⁹.

ex diuinitate ſua proceſſit ſaluatio. et ex humanitate redemptō
Utrūq3 tamen ex vtroq3 Sed quod meum eſt meum quia ex
me in quadā cognatione. ⁊ ſecreta quadam affectione congluti
no/quod ꝓprie iure conſanguinitatis mihi vendico. Tuti⁹ ⁊ io
cundius loquor ad ihūm ꝙ quilibet ſcōꝝ ſpūuz. plus deb3 mihi
xp̄s ꝙ quilibet ſcōꝝ ſpūuz. Quod tu es dignat⁹ eſt fieri Deus
non factus eſt qd̄ eſt angelus Sed quis o bone iheſu a miā tua
deſperet? Audact̄ pronūcio quoniam cumulaci⁹ delictum eſt a
te deſperatio. ꝙ qualiſcunq3 humane fragilitatis offenſio. qua/
re apoſtolo lachrime ꝓfuerunt niſi proſint ⁊ michi. Et latroīs
illius in euangelio memoria nobis tam venerabilit̄ recenſita. q̄
bus elemoſinis queſo? quibus ve operibus? vl' quibus orōnib⁹
reſpondiſti? mi iheſu benigniſſime/dulciſſime/miſericordiſſīē/
quaſi ſub iureiurando. Amen dico tibi hodie mecum eris in pa
radiſo/niſi fidei ſue/orōniq3 breuiſſime Memento mei dn̄e dū
veneris in regnuz tuū. Hec aug⁹. Dū temp⁹ affuerit ⁊ ꝯgruēs
perſona hec de dei miā cū alijs circūſtantijs congruentib⁹ egris
ꝓponenda ſunt tp̄e infirmitatis. De charitate ayt idem Aug⁹
Forſitā domū n̄ habebis/diſpone tibi/ſinō diſponis domui tue
Qualis erit illa diſpoſitio? Dilige deum/⁊ diliget te deus.
Sed dicis diligo deum. vtrum ſit in re quod promiſiſti ſermo-
ne? dilcōnis dei ꝓbatio mandatoꝝ ipi⁹ eſt completio Operum
ſuoꝝ volūtaria completio/ama qd̄ amat d̄s/amplectere ardēti
deſiderio qd̄ facit deus. Si igitur dominum deum tuum dilig̃
quod facit deus dilig̃/⁊ ſi qd̄ facit d̄s dilig̃. diſciplinā flagellan-
tem te dei diligis. quē eni diligit deus/corripit. ⁊ quaſi pat̄ in fi-
lio cōplacet ſibi Aplūs. virtus in infirmitate ꝑficit̄. Vt igit̄ cha
ritas eius innoteſcat ad ꝓximū Querat̄ ſibi. indulges ex corđ
omnibus qui tibi nocumentum intulerunt? ob reuerentiam do
mini noſtri iheſu chriſti a quo petis veniam omniuz peccatoruz
tuorum? Petis tibi indulgeri ab his quos verbis aut factis le
ſiſti? Et vt etiam ſatiſfiat ꝓximo vis ablata bona iniuſte vel de
tenta proximo reſtitui integraliter? Quantum ad illud tene-
ris iuxta omnium tuarum facultatum valorem. et etiam vſ3 ad
omnium bonorum tuorum ceſſationem/et renunciationem?

Et vbi ſatiſſactio fieri non poſſet pétes coꝛam deo ⁊ hōīb3 ve-
niam. Rñdeat ymmo. Finalit̄ q2 hic tractat̄ de interrogatoꝛi-
is eis languentibꝰ faciendis ¶ Queritur vtrū ſit licitum ab ali
quo moꝛiente requirere ꝙ reuelet ei ſtatum ſuū poſt moꝛtem.
Rñdet de hoc b. thōs in quadā q̄ōe de quodlibetis. Q2 cū pec
catum ſit contra naturam vt p3 ꝑ damaſcenū in ſcd̄o libꝰ. Requi
rere impletionem natural' deſiderij nō ē pccū̄/niſi aliqua inoꝛ-
dinatio adiungat̄/ſicut pat3 in ſumptione cibi potus. Homo aūt
naturaliter ſcire deſiderat. vñ ſi requirat alicuiꝰ rei noticiam nō
eſt pccū̄/niſi foꝛte per accñs/hoc eſt ꝑ aliquā inoꝛdinationem
adiunctam. puta Si per ſtudium alicꝰ ſciētie aliquis impediat̄
ab officio p̄dicationis deťminate ꝓpter ſtudiū geometrie. aut
etiam ſiquis inquirat aliquid cognoſcere ſuperbe aut p̄ſumptu
oſe/aut ſiqua alia inoꝛdinatio circa hoc contingat. Nullam aūt
inoꝛdinationem in hac inquiſitione videmꝰ quare debeat dici h
eſſe pccū̄. niſi foꝛte ex dubitatione fidei de futuro ſtatu quaſi
dubitando inquirat. ¶ Terciū latus.

¶ Circa terciū latus notandū de materijs obſeruationū: notā
dum ꝙ aſtans obſeruabit moꝛituro in pluribꝰ/vt moꝛiturꝰ ſciat
quid facere ⁊ dimittere debeat ſcd̄m ſupꝛadcā. ⁊ quod aliquid
ſacrōꝝ nōdū ſuſcepit: hoꝛtet̄/vt ſuſcipiat. ⁊ p̄cipue confeſſionis
qd̄ eſt ſacramentum nccītatis. inſtruens eum ꝙ cōfeſſio ex ſolo
timore ſeruili fcā non ꝓficiat ad ſalute3 Ideo de diuerſis pec-
catis ſuis ſtudeat penitere. ⁊ confiteri ex charitate/⁊ zelo iuſtici
e. inq̄ꝫ fuerūt diſplicentia deo ⁊ offenſiua. ⁊ inhonoꝛatiua ſanc
titatis ac maieſtatis diuine Et ſi alia ſacramenta non p̄t recipe
re/hoꝛtetur vt deuote petat ſibi dñi opoꝛtunitate aduenīete Si
appareant rñſiones moꝛituri non ſufficientes/ꝓuideat aſtans/
vt infirmus ad bene reſpondendum inducatur per confeſſoꝛe3
aut alium. Si eſſet excōicatus hoꝛtetur vt totis viribꝰ velit ⁊ in
tendat obedire ecclē. ſi moꝛiturꝰ ꝓlixum tempꝰ habeat. Aſtās
ꝓcuret oꝛōnes deuotas/vel hyſtoꝛias ſpūales/vel diuina p̄cep
ta contra que peccauit legi. Poſtremo nullatenꝰ moꝛituris re-
ducant̄ ad memoriam carnalis amici/vxoꝛ/filij/diuicie/⁊ hmōi
inquantū exigit moꝛientis ſpūalis ſanitas/vel quando alias ob

mitti ↄueniēt poteſt. nec detur infirmo nimia ſpes de ſanitate
corꝑali conſequenda. q2 ſepe ꝑ talem falſam conſolationem mit
tunt in damnationem/ Sed hortetur primo ex hortatiōe ſupra
dicta/ vt per ſacramēta anima ſanata corp⁹ ↄñter ſanet. ¶

Quartum latus ¶ Circa quartū latus notandū de ora
tionibus ab egroto vel aſtantibus dicendū/ q diuerſi diuerſas
ponūt orōnes. quia diuerſis diuerſe ↄueniūt orōnes Porro in
ter omnes orōnes ſententioſiſſima excellentiſſima ⁊ cōmuniſſiā
eſt orō illa dñica Pater noſter/ quam orōnem aſtātes aut infir
mus poſſunt replicare. Vnde legitur de aliquibus ſanctis viris
⁊ precipue de ſancto hugone graciano politano epō q in extre
mis laborans trecentis vicibus hanc orōnem replicauit Aliqui
bus infirmis magis ſapiunt pſā. vt de beato Aug⁹ legit Aliq i
quibuſdam pſ⁹ ⁊ vſibus delectant. Dñe ne in furore tuo. Dñe
ne memineris. miſerere mei de⁹. vt incipientes. Perfecti vero
in alijs. Quemadmodū deſiderat ⁊c. Q dilcā tabernacula Illu
mina oculos meos Intēde in adiutoriū dñe deus ſalutis mee.
Diſrupiſti dñe vincula mea. In man⁹ ⁊c. Laycis quoq3 in teu
tonicbo aut materna lingua pñt ꝓponi. poteſt dici etiam hic ym
nus. Maria mat gratie ⁊c. Preter has orōnes pñt alie deuo
te ac feruide pro moriente offerri. vel nomine ipſius dici. que in
ferius patebūt in iiij⁹ latere xxxiiij. celle. vbi alique orōnes cō
ſcripte ſunt ex traditione cuiuſdam deuoti charthuſieñ.

¶ Cella triceſima ſecūda

AD triceſimam ſcdām cellam diſcipul⁹ greſſus
ſuos dirigens vidit in ipſius primo latere jnfā
tes/ ⁊ amentes/ martires/ ⁊ ↄfeſſores deuotos
paupes/ audaceſq3 mūdanos. nobiles ⁊ hmōi
modicū vel nihil mortem timentes. In ij⁹ la
tere vidit aliquos timētes mortē. ſ3 adhuc de
ſiderantes viuere. In 3⁹ latere vidit aliquos miſerijs ⁊ opꝑſſi
onibus mortem appetentes. jnter quos job/ jheremyam ⁊ boe
cium conſpexit In iiij. latere vidit alios male timentes mortē
et male deſiderantes viuere ¶ Primu3 latus